

**Dissertatio inauguralis medica sistens casum de metu hydropiseos mature curandae / [Johann Christoph Schuchmann].**

**Contributors**

Schuchmann, Johann Christoph.  
Ludolf, Hieronymus.  
Universität Erfurt.

**Publication/Creation**

Erfurt : Grosch, 1725.

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/f8q758d3>

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICA  
SISTENS CASVM

# DE METU HYDROPISEOS MATVRE CVRANDÆ,

QVAM  
PROPITIO NVMINE ADJUVANTE  
RECTORE VNIVERSITATIS AC PRO-CANCELLARIO,  
IRO-MAGNIFICO, MAXIME REVERENDO, PRÆNOBILI, AMPLIS-  
SIMO ATQVE CONSULTISSIMO

DOMINO  
CHRISTOPHORO IGNATIO  
DE GUDENVS, J. V. D.

ISIGNIS ECCLES. COLLEG. S. SEV. CAN. CAP. ET SCHOLAST. EMINENT. AC  
CELSISSL. PRINC. ELECTORIS MOGVNT. CONSIL. ECCLESIAST. EJVSDEM.  
QVE PER THVRING. IN SPIRIT. SIGILLIFERO,

IN ALMA AC PERANTIQVA HIERANA  
NDVLTV GRATIOSO AMPLISSLIMÆ FACVLTATIS  
MEDICÆ

SVB PRÆSIDIO

DN. HIERONYMI *Sudolfi*

PHILOSOPHIÆ ET MEDICINÆ DOCTORIS,  
CONSILIARI ET ARCHIATRI ELECTORAL. MOGVNT. FAC. MED. ET PHILOS.  
ASSESS. ORDIN. N. N. CHTMIÆ ET MATHEM. PROF. PVBL.

DN. PATRONI, PROMOTORIS ET HOSPITIS SVI COLENDISSIMI

PRO GRADV DOCTORIS MEDICI  
ET PRIVILEGIIS ATQVE IMMVNITATIBVS ANNEXIS  
RITE IMPETRANDIS  
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTET

DR. CHRISTOPH SCHVCHMANN, *Ziegenrückens.*

AVTOR ET RESPONDENS,

DIE *JVNII ANNO M DCC XXV.*


IN AVDITORIO MAJORI, COLLEGII MAJORIS, HOR. CONSVENT.

ERFORDIAE, Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.

DEO TRINO  
PARENTIBVS HONORATIS  
SIMIS PROXIMO AMAN-  
DISSIMO

ET

AMICIS  
AMICISSIMIS



## HISTORIA CASVS.



Ulier ætatis 46. annorum, maritata per 22. annos, liberis gaudens 7. temperamenti phlegmatici, & subtumidæ corporis superficie, valde meticulosa, & terrori, & iracunda subinde facile obnoxia, potui tenui asueta, tæque sedentariæ dedita, postquam ante 6. annos ultimam prolem peperit, die 8. fluentius adhuc lochiis, incendium repente exortum se audit & hinc magno terrore afficitur, ita fere nesciret, quid faceret, sentiens hinc statim palpitationem cordis, & motum circa regionem istius prorsus peculiarem: Als wenn

sichs wie eine Gallerde regte: Percipiens quoque brevi post in brachiis & pedibus decubatum seri & lymphæ, Es ist ihr gewesen / als wenn Quecksilber oder Wasser-Tropffgen in denen Armen und Füssen von oben biß unten an inwendig hinunter ließen / ita ut spatio vingtiquatuor horarum tumor œdematosus in manibus æque ac pedibus apparuerit, qui etiam majus & majus incrementum sumsit cum debilitate artuum, doloribus eorundem vagis, lenioribus tamen, appetitu debili, lochiisque abhinc emanentibus, neque postea & hucusque mensibus non amplius fluentibus, à quo malo vero hæc mulier spatio 4. hebdomadum tunc temporis debite fuit liberata & curata, remanente tamen subinde habituali palpitatione cordis. Hoc anno vero 1725. circa finem hyemis in itinere suscepto infringidationem manuum & pedum, aliaque incommoda perfert, metu, terrore & ira subinde afficitur, potum frigidum sæpius admittit, & interea successivè tumorem circa talos pedunrufus experitur, vesperi cumprimis appareret, & mane rursus evanescentem, quem, lice posse

ostquam illa domum redierit, successive in  
edibus auctus fuerit, illa tamen negligit, con-  
dens naturæ, & reputans, hoc malum, sicuti  
olim, ita & nunc facile & vel sponte recessu-  
um esse. Interea inter 8. hebdomadas, pra-  
to cumprimis diætæ regimine adhibito, &  
emediis domesticis solum admissis, tumor in  
edibus magis magisque excedit, neque noctu-  
mplius penitus recedit, totos pedes occupat,  
nollis equidem, digiti impressioni cedens &  
brevi temporis momento rursus protuberans,  
non opinato vero magis magisque ascendens, ita  
ut universa corporis & faciei imprimis super-  
icies tumidior & gracilior reddatur, cumpri-  
nis circa oculos, & facies mirum in modum  
ballearat. Urina parcius, quam olim, profluit,  
nsigniter tincta, rubicunda nonnihil, sedi-  
mentum crassum, rubicundumque scorbuti-  
cum deponens, supervenit difficilior respira-  
cio sub incessu paulo concitatori vel scalarum  
ascensu, recurrente rursus palpitatione laudata.  
Appetitus ad esculenta est valde debilis & a pa-  
tu dolor ventriculi compressivus oboritur, ad  
potum vero est intensus, membra omnia sunt

gravia cum totius corporis lassitudine successiva. Consilio Medico itaque opus est mature.

## RATIO INSTITVTI.

Quoniam nos consuetus & hucusque laudatissimè nunquam interruptus exigit, ut pro honoribus in medicina supremis rite adipiscendis Dissertationem Inauguralem habeam, multa equidem mihi oborta sunt themata, quæ mihi arriserunt, inter ea vero vel maxime placuit *Casus præfixus de metu hydropiseos matre curandæ*, a Celeberrimo quodam Medico mihi communicatus, cuius resolutionem atque evolutionem meditari eo lubentius suscepī, quo magis me nunc ad praxin clinicam tanquam Medicus Practicus accingere teneor: Jam vero Hydropsis est affectus, inter quam plurimos morbos facile princeps, juxta istud vulgare: *Hydrops, quartana, medicorum scandala plana*: Adeoque haud incongruum erit, si vires meas tentem atque experiar, quomodo ejusmodi malo, dato casu, juxta mea posita fundamenta & concepta principia, sit contraeundum, quibus causis resistendum, quæ sym-

ymptomata tollenda, quibus remediis & stirps  
 & radix totaliter evellenda. Quem enim ad  
 nodum DVX BELLI ante bellum & armis &  
 nilitate esse debet instructus, nec minus noti-  
 à debitâ, qui in omni eventu hostis sit vin-  
 endus, arcendus, depellendus, ita Medicum  
 uoque antea oportet prolixè nosse, quid sit  
 sciendum, ut q. f. p. semper juvet, nunquam  
 oceat. Faxit SVPREMVS OMNIVM RE-  
 VM ARBITER AC MODERATOR, ut per  
 uam Gratiam atque Clementiam in praxi mea  
 Medica nunquam noceam, sed semper juvem,  
 et sim in consiliis & remediis dandis nun-  
 quam non cautus & circumspectus, ut curem  
 itò, cito & jucundè: IDEM quoque, jam  
 ræfertim, ex alto vires largiatur, ut Benevolo-  
 ectori, cuius benevolentiam mihi debitissimè  
 xpeto, in sequentibus lineis condignam & con-  
 niam præbeam

## CASVS PRÆFIXI EVOLVTIONEM.

### §. I.

Iicuti ex ungu<sup>e</sup> Leonem, ita in præsenti casu me-  
 tum hydropiseos mature curandæ, sequen-  
 tia satis evidētia criteriæ diagnostica innuunt:

i. Tu-

I. Tumor pedum œdematosus circa talos in principiis & dein per universos pedes se extendens, hoc anno de novo demum exortus, omni procul dubio ab infrigidatione manuum & pedum in itinere dependens frigido potu, metu, terrore & ira quoque suum symbolum conferentibus, qui successive magis magisque austus est, & propter neglectum confirmatus, nulladhibitis debitis remediis, & admisso pravo dietetico regimine, majus indies incrementum sumens; Præterea noctu haud amplius penitus recedens, totos pedes occupans & inopinato magis magisque ascendens, cum universa corporis & faciei cumprimis per superficie tumidiore & graciliore reddita, circa oculum præsertim, facieque mirum in modum pallescens.  
 2. Urina parcius, quam olim profluens, insigniter tincta, rubicunda nonnihil, sedimentum Crassum runcundum deponens. 3. Vero in hoc statu signum Hydrocephalos futuræ pathognomicum est difficilior resratio, seu dyipnœa sub incessu paulo concitatori & larum ascensi eveniens, cum cordis palpitatione.

## §. II.

Qualis vero futura sive metuenda sit species Hydrocephalos, non æquè determinari hoc in casu potest experientia omnium rerum Magistra testatur, simili constitutione p. n. corporis, nunc anasarca nunc leucoplegmatiam, nunc hydropem ascitem, nunc pectoris hydropem oriri, pro vario nimis subsequi & superveniente decubitu materiæ peccatis & abundantis Serosæ, vel debilitate majori vel

ori hujus vel illius partis, unde ratione hujus æque  
c, quoniam cura omnium hydropiseos specierum  
i plurimis similis est, mihi licitum erit, non solum  
unc casum attingere, sed paulo latius quoque ideam  
ariarum hydropis specierum ratione *nominis æque ac  
i depingere.*

## §. III.

Ratione *nominis Hydropisis* est vocabulum origine  
Græcum, Latinitate donatum, hydrops, Latinis ipsis,  
qua intereūs, dicitur: Græcis itaque ὑδρόποσις, ὕδρωψ &  
eo audit. Et vocabulum ὕδρωψ ab Hippocrate Nostro  
oo tripliciter sumitur 1.) pro aqua, vel serolo humore,  
ro vel lymphha hodie dicta in l. 4. de morb. inquiente  
le vero sunt pituita, sanguis, bilis & aqua, in Greco tex-  
t.: ὕδρωψ. & l. 2. de morb. ὕδρωψ, Aqua, effluit aliquan-  
tum purulenta. 2.) pro homine hydropico, in l. de  
tern. affect. Et crassam urinam reddit, qualēm hydrope  
borantes. 3.) ipsi significat affectum p. n. in quo *corpus*  
*quoſo humore abundat, illudque intumorem extollit*, un-  
e statim secundum hunc Nostrum Dictatorem sequi-  
tur, tympanitem, sibi relictam, non esse proprię hy-  
dropem, cum ibi distentio a flatibus potius oriatur,  
uæ merito jure dicitur die *Windsucht*. Contra ve-  
o hydropis nomine recte insigniri *Cachexiam serosam,*  
*nasarcam, Leucoplegmatiam, hydrocephalum, hydropem*  
*ectoris, pericardii, hydropem ascitem, uteri, & hy-*  
*drocelen, Hydropem manuum & pedum, utpote in quibus*  
*nibus revera est aqua: Germanis recte hydrops*  
*citur die *Wassersucht*.*

## §. IV.

Ratione rei vero *hydropis* est tumor p. n. *aquosus* & mollis, nunc in habitu corporis unius vel plurium partium, nunc in cavitate abdominalis, capitis, pectoris, pericardii, uteri, seroti, artuum exteriorum compertus, ab aquarum sive humorum serolorum p. n. collectione & stagnatione, & hinc subsequaque extravasatione, cum adjuncta majori vel minori acrimonia, partes hinc inde rodente in quibusdam, cum fluctuatione interdum.

## §. V.

*Generis loco* stat tumor p. n. in hoc enim conceptu generali optime convenit cum aliis quoque tumebus, ubi tamen ab alia causa materiali, & non ab aqua partium fit distensio. *Differentiam autem specificam* reliqua definitionis verba in §. ant. innuunt, ut videamus, quomodo hydropses varii tum a se invicem tum ab aliis morbis, sint distinguendi.

## §. VI.

Sic *hydropici* differunt, vel maxime a nimis obesis, sive corpulentia nimia laborantibus, in iis enim aqua stagnat & mollities est, in his potius particula *γλυκεια*, salino-sulphureæ, sanguinis copia, præter modum & ultra vires, tumorem p. n. corporis causantur unde videndum probe, ne obesi nimis interdum pro hydropicis habeantur, quo de vid. Hœchstedterus Dec. 10. p. 418. Multo minus hydropicæ conveniunt cum gravidis, siquidem in illis, aqua in abdomine vel ute ro, præter naturam est collecta, in his vero tumor el

audabilis, a concepto & præsente fœtu exortus: In illis inferior abdominis regio intumescit, mammæ vero detumescunt, & tumor undique æqualis & mollis natus, in his tumor abdominis sursum ad præcordia erus tendit, magis inæqualis est & durior. In illisolor faciei est pallidus, ad livorem inclinans, vel lidi ipsi oculi, in his vero & color & vigor oculorum ræfens est. In illis gravitas membrorum & totius epe corporis laßtudo, in his non item: Quod si aqua uætuatione se simul manifestet & sitis urgeat, & urina tintura rubicunda, sedimento crudo, rubicundo & scorbutico turgeat, magis magisque præsentia hydropis innuitur. Interim cautissime est procedendum, quoniam possibile est, ut in intemperie phlegmatica & cachexia simul conceptionem fieri posse non pugnet, unde sæpe decipiuntur medici, ut, dum mox fœtus non apparet, pro sola hydropica talet haecant & tamen experiantur etiam inter curam fœtus perfecti exclusionem, vel metum abortus, vel aboritum ipsum. In nostro præfixo casu non esse suspicione fœtus, ex eo patet, quia menses jam ante 6. annos manserunt, nec haec tenus redierunt, & tumor prærtim, in casu descriptus, mollis & œdematosus, tam pleriter per totam corporis superficiei compagem ansierit.

## §. VII.

Sic *hydropici* differunt quoque inter se invicem, tamen varietate, quare si vel centum hydropicorum casus & observationes compares, vix tamen unum & al-

terum in omnibus deprehendes æqualem; Unde  
 fluunt variæ hydropiseos differentiæ ac species: Un  
 de hydrops est vel *universalis* vel *particularis*: Ille est  
 quando in pluribus corporis aut superficie partibus  
 apparet, sicuti est 1. *Cachexia* serosa, recte primus hy  
 drops gradus, sive principium, dicta, metus, alias &  
 a me, *hydropiseos* audiens, si quidem in descripto casu  
 reperienda & in §. 1. repetita symptomata satis in  
 nuunt & Cachexiam confirmatam præsentem esse, &  
 metuendam nunc proximius ulteriore tumoris hu  
 jus aquei excretionem i. e. ulteriore hydropsis gra  
 dum subsequatur. 2. *Anasarca*, quando universa  
 corporis & faciei superficies magis tumida & exalta  
 ta redditur, magis mollis, & in superficie brachii, pe  
 CTORIS, dorsi, abdominis tactui cedens & a compressio  
 ne foveam relinquens, 3. *Leucophlegmatia*, quæ a pri  
 ri colore magis albo & palliditate intensa, a pitui  
 viscida alba, cum sero sive aqua extravasata conjui  
 ta, exortum ducens. Hic vero sive *particularis* et  
 quando peculiarem corporis partem occupat, pro pa  
 tium varietate, quas affigit, nomen sortitus: Ita  
 aqua coacervatur in capite, exoritur *hydrocephalus*, si  
 pectore, hydrops pectoris, si inscrito, hydrocele,  
 abdomine, ascites, in utero, hydrops uteri, in pec  
 bus vel manibus, *ædema pedum vel manuum*; Nec ir  
 munes sunt aliæ partes & cavitates: Sic exemplu  
*Harstius in observat.* affert de aquis copiosis, in omeris  
 bursa conclusis, non tantum bursam istam, sed abd  
 men quoque insigniter tumidum reddentibus: I  
*Meckreccus in observ.* Chirurg. recenset aquas in ipsa p  
 ritor

ritonei duplicatura conclusas, speciem ascitidis producentem.

### §. VIII.

*Subiectum sive partes affectae.* in quibus hæc tragædia luditur, sunt laudatæ partes, in quibus hæc aqua superflua, stagnat atque subsistit, vel universaliter magis vel particulariter, in antecedenti §. & def. jam nominatæ: Licet vero operæ esse videatur jam recensere singulas quoad peculiarem suam constitutio-nem, situm, nexus, ordinem, ductus, & ita porro, anatomice, ob præclusionem tamen temporis easdem ex Anatomia supponere cogor, ad doctrinam de Cau-sis potius me conferens.

### §. IX.

*Causa immediata & proxima*, sive efficiens, est aquarum sive seroforum humorum, in dictis partibus p. n. collectio, stagnatio, & hinc subsequa extravasatio, quæ non potest non inde tumorem talem aquosum inducere, siquidem tonus, sive debitum & connatum robur partium læditur, pars affecta inde intumescens, in hydrope equidem subito oborto, saepius tensa & dura apparet, propter aquosum vero principium deinde laxatur successive magis, magisque, nisi tympanitis & flatus superveniant, aut comites sint.

### §. X.

*Causam mediatam*, sive *antecedentem* constituunt, chylificatio & sanguificatio depravata, aut vitiata; qualis enim chylus, talis sanguis, qualis sanguis, tales sunt reliqui humores, talis ipsa sanitas, vel vice versa, corporis & ejusdem partium p. n. constitutio: Ori-

tur vero ista prava chylificatio vel sanguificatio fermenti in ventriculo vel in intestinis contenti debilitate, defectu majori vel minori, qualitatibus constitutivis naturalibus deficientibus, vel a Calore innate ventriculi & intestinalium descenscente, a laxitate fibra rum & pororum causata majori, a cruditatibus & re liquiis vitiis in ventriculo atque intestinalis contentis, quibus presentibus neque digestio alimentorum in ventriculo fieri debita, neque chylificatio subsequ solita fieri potest, unde chymus in ventriculo, & chylus in intestinalis haud debite preparantur, sed potius similibus in subjectis in vappam viscidam, aquosam mucosam & putredinalem, coloris vividi in lividum rubri in pallidum, manifestum indicem, transeunt, & hinc crudior non nisi, & serosior, quam par est, chylus, delicatissimum venarum lactearum, receptaculum communis, Pecquetiani dicti, ductus thoracici, ipsorumque arteriarum & venarum, genus transilit. Interea in laudatis vasibus lacteis & mesenterio ipso, siun remoræ atque obstrunctiones, subsequuntur rupturæ ut crudiores particulae eo facilius transfire possint (quod assertum confirmant rosiones & erosiones cutis in hydropicis facile fientes, & quod sentiant in superficie facile & in momento quasi assumpta acia piperata, calida, irritationem, titillationem causari: Chylificationem vero pravam, hujusque chyli communicationem in sanguine presso pede insequitur pessima sanguificatio, per superius dictam regulam, in praxi observatam, ac ratione approbatam: Quali chylus &c. unde fluit provido amne cachexia, profundus

issimum serorum affectum pelagus, sicut enim ex minima scintilla maximum incendium oriri potest, ita ex Cachexia, ni mature eidem obviam eamus, tru-  
ulentissima hydropis species sequi potest, haud raro  
uoque, *testantibus Actis Medicis.* secuta.

## §. XI.

In ordine causarum *causæ procatarracticæ*, sive remo-  
re succedunt: *Naturales*, *Nonnaturales*, & *Præternatu-  
rales*. Inter naturales primum locum obtinet tempe-  
mentum phlegmaticum, facilius stasibus seri æque  
c sanguinis auscultans, quale fuit in casu allato; Cæ-  
terum minime repugnat, etiam in reliquis tempera-  
mentis ob malum diætæ regimen & fusionem hu-  
orum præternaturalem, simile malum oriri posse.  
Secundum, dum fæminæ sunt frigidiores & serosi-  
s, servat sexus sequior, facilius hoc malo tentatus,  
experientia confirmante, quod fæminæ, præ viris fæ-  
sus & frequentius, ob non fluentes, obstruetos vel  
nanentes menses, ad minimum tumore œdematoso  
modum & cacheætica facie, & cacheætico habitu totius  
corporis vexentur. Senes porro sunt frigidi atque  
serosi, unde exordine naturæ hæc ætas magis huic  
malo est obnoxia. Regio sive clima potius promi-  
ne se habet & maxime erit attendendum vitæ genus.  
Inde sequuntur nunc pro causis non naturalibus sex  
s non naturales: Aer frigidus præter modum ad-  
fus in manibus & pedibus haud raro œdema pe-  
m & manuum causatur, quod malum hinc facile  
est perniones sequitur: Idem ad hydropem vel ma-  
ne disponit, si in æstu solis aut exercitio & incale-  
scen-

scēntia corporis subito admittatur; Potus quoque crebrior & copiosior, frigidus & tenuis, in æstu præsertim febrili, post bālneum, aut quavis excedenti corporis incalēscētia, viscera abdominalis nimis frigidredit, noctu præsertim continuatus, aut ante meridiem assūmtus, hydropem subitaneum infert, sicuti intemperantia ebriosa quæcunque, vinum ipsum generosum & vquoque nimius abusus colliquationē humorum nimiam inducunt, & lymphæ acrimonian augent, cumprimis stimulant ad sitim, unde multum bibere coguntur, unde fermentum ventriculi abluitur, fibræ stomachi fiunt laxiores & flaccidiores æquac in intestinis, cruditates in stomacho augentur, nutrītionis opus læditur, obstrūctiones producuntur. Motus deficiens, ac vita sedentaria, plurimum heic faciunt Motus quoque excedens & excalescentiam corpori causans, superbibita frigida, nocet. Terror, metrīstītia, stasibus humorū facile ansam præbent, contra ira resolutionē & fusionē causatur, & potu ī super adsumpto, similes quoque hydropis species adducere valet. Somnus nimius statui cacheōtico que favet: Die so viel schlaffen, sehen öfters sehr dūnstig aus. Et vigiliæ protractæ cruditates pariunt, felicem malorum horum matrem; Agmen claudat vel nimiæ excretiones, cumprimis per alvum: de artificialibus notat *Poterius Cent. 2. c. 29.* Leucophlegmatiam & ascitem a variis cataractis male adhibiti crebrioribus aut fortioribus exortam. Idem valet & non naturalibus, & præternaturalibus, alvi, e. g. præfluvio diurno, ptyalismo diurno & pertinaci, dy-

interia, ipso veneris quoque abusu: Vel deficientes excretiones urinæ, & transpirationis insensibilis. Res præternaturales innumeræ sunt huc referendæ: Ex virtute viscerum primo loco stant renes, p. n. affecti, exulcerati, debilitati, obstructi, officio suo minus deitate perfungentes, excretionem urinæ sufficientem, e. assumptis respondentem, minus præbentes: Exinde enim certum prognosticum Potatores sibi fornare valent, si neque sufficienter mingunt, neque suant, se evasuros esse hydropicos: Porro ex virtute aorūm viscerum nobiliorum oritur hydrops a ventriculi debilitate, intestinis flaccidioribus, hepate, lieue, mesenterio, utero &c. male affectis, scirrhis in glandulis mesenterii, hepate, liene, ulcere mesenteri, vulnere hepatis, indispositione pulmonum, empyemate, sputo cruento, ipsaque phthisi. Porro vari alii affectus p. n. tam chronicæ, quam acuti ipsi, post se relinquunt hydropeum hunc vel illum: Sic febres intermittentes chronicæ, in primis quartanæ diurnæ, male curatae, ob potum in paroxysmo nimis opiose admissum, & ipsæ ardentes interdum ob similem causam, & continuato præsertim copiosiori potu post febrem œdemata, tumores serosos, ipsamne hydropisin inducunt! Sic asthma tam humorom quam convulsivum, confirmatum, & orthopneæ præsertim, post se trahunt ordinario fere hydropeum. a icterus flavus ac niger, sanguis p. n. vel retentus, vel ultra modum excretus, suppressæ hæmorrhoides, enstrua consueta ante tempus suppressa, hæmorrha-

giæ quoque nimiæ metum hydropiseos, vel hanc ipsam  
causantur, & ita porro.

## §. XII.

Quænam autem causæ ex his in præfixo casu concurrerint, facile ex historia ipsa applicari ac suppleri potest. Hic potius inquirendum, unde deperdeat hoc, quod hæ causæ naturales, nonnaturales & præternaturales, licet in aliis quoque subjectis similibus visis præsentes sint, & in majori quidem sæpi gradu observentur, hydropem tamen non æque causentur, & vice versa, quod is, qui non tam est strenuus potator, quam aliis, qui præ alio diætæ regimen melius observat, qui etiam haud patitur recensitos tantos affectus, nihilominus tamen citius hydropem sentiat; Hoc in robore majori vel minori naturæ, dispositione totius corporis, vel certarum solum partiū peculiari, idiosyncrasia, olim forte causata læsion quadam partium affectarum, licet sæpe patientibus de eadem haud amplius constet, earundemque majori vel minori debilitate est quærendum: In nostra ægrorum primis tumores œdematosi in manibus & pedibus ante 6. annos fuere, unde debilitatis his partibus semel, facile, causis sufficientibus & dispositione corporis faventibus, iidem recurrere & metus hydropiseos ipse supervenire potuere.

## §. XIII.

*Prognosis in omnibus hydropis speciebus a consideratione causæ remotæ & constitutione viscerum abdominalium, imprimis renum, a tempore durationis majori.*

ris vel minoris, aliisque circumstantiis determina-  
r: In genere dicendum, omnem hydropem esse  
ericulosum satis, de quibusdam autem majus adhuc  
ericulum prædicere valemus: Sic juxta Hipp. hy-  
drops ex febri, præprimis acuta, mali ominis est, quo-  
am vires valde sunt fractæ & viscera debilitata, id  
nud judicandum, si talis affectus cuicunque alii mor-  
o graviori superveniat. Si tussis gravis quoque ac-  
cesserit, malum est signum, nisi hæc a catarrho, pro-  
er aeris e.g. mutationem superveniente, dependeat,  
convulsiones superveniunt, lethale est malum: si  
cessus & ulcera adsint interius atque exterius, faci-  
propter insignem acrimoniam & copiam seri de-  
rpati sphacelus oboritur: Si color p. n. & febris  
æsertim colliquativa superveniat, difficultas adest  
randi, temperatiora enim remedia postulat febris,  
lidiora alias hydrops. Si dejectiones nigræ obo-  
untur citra assumptionem Medicamentorum Mar-  
tium, lethale est. In præsenti casu spem curatio-  
s concipere possumus ex eo: quod ante 6. annos  
demate sit liberata ægra, quod a commisso errore  
ætæ malum obortum, a causis nonnaturalibus, hinc  
vitandis, quod non diu duraverit, adeoque nondum  
veteratum malum, ubi spes est, viscera adhuc satis  
na & robustia esse ad sustinendam curam; Licet  
im urina parcius sit & insigniter tintæ, rubicunda  
nnihil, sedimentum tamen crassum, quod natura  
ente educit, bonum effectum adhibendorum diure-  
orum promittit. Appetitus debilis & dolor a pa-  
, gravia membra & lassitudo totius ab intermissa

ra dependent, nondum tamen est desperandum, sc  
curandum.

## §. XIV.

*Hydropisis mature, cito, citius est curanda:* Conver  
autem intentio in omni hydrope, & remedia conv  
niunt, moderatione utrinque pro varietate circur  
stantiarum instituenda. *Primaria* equidem *indica*  
curativa est, ut serosi & pituitosi superflui humor  
educantur: Ast, quoniam hoc absque materiæ pe  
cantis morbificæ præparatione minus fieri potest,  
chylicatio atque sanguificatio est depravata, hinc  
*quenti indicatione* prius opus est: Acrimonia humoru  
est temperanda & corrigenda, & interea tempor  
utrinque videndum, ut chylicatio & sanguificat  
depravata mutetur in bonam, viscera roborentur, i  
terne & externe debita remedia adhibeantur.

## §. XV.

Corrigunt & temperant: alcalina, absorbenti  
terrea, tartarea, & absterfiva remedia: Oculi cancr  
rum, lapides percarum, Judaicus, mater perlarum, c  
rallia rubra. ♀ ♂ lat. ♀ solubilis, tremor & crysta  
li, ♂ Absinth. Fumar. Cent. minor. stip. fabar. ono  
Arcan. duplicat. & è liquidis: TR. ♀ r. compos.  
acris, arcan. ♀ r. &c. quæ duabus diebus vel 3. debe  
ante reliqua continuari: E. g. ♀. Ocul. ☰ præp. Ma  
perlar. præpar. ♂ absinth. Onon. ana gr. XXV. M. F. pulv.  
mane & vesperi sumendo unam dosin, & simul Re  
TR. ♀ r. compos. 30. 80 dest. Succin. gt. iiij. M. Quib  
adhibitis in asuetis vomitorium dari potest, aut

er se nausea, conatus ad vomendum, vel ipse vomis urgeat: v. g. Rec. ♀. emet. gr. iij. Θ absinth. gr. vij.  
 nat. gr. ij. M. Vel purgantia sunt adhibenda, hydrioga cumprimis, rad. esulæ, s. extr. esul. extr. hel-  
 br. nigr. elater. panchymag. Croll. Cathol. Andern.  
 olocynth. M. P. ♀r. mag. g. g. ♀ dulc. troch. alh. re-  
 n. scammon. jalap. aut si mitiora p. r. n. desideren-  
 r. rhab. senna, rad. gialap. mechoac. alb. &c. v. g.  
 ec. Extr. panchym. Croll. 33. ♀ dulc. gr. viij. extr. esul.  
 . v. mag. g. g. gr. iij. ♂ dest. citr. ver. gt. j. M. F. pilul.  
 ill. pro una dosi, vel Rec. Spec. diaturb. c. rhabarb. 3j.  
 r. ♂. scammon. ♀at. ana gr. viij. troch. alhand. gr. j. ♂  
 st. anis. gt. j. M.F. pulv. pro dosi. Pergendum est abhinc  
 imperantibus, corrigentibus, aperientibus, amaris,  
 ureticis, & martialibus cumprimis: rad. Ari. 5. a-  
 perient. herb. abs. commun. s. Pont. hepat. nob. fumar.  
 . B. ling. cervin. summit. cent. min. cichor. bellid.  
 gn. sanet. sassafr. cort. cost. ver. cappar. tamarisc. ci-  
 am. Schoenanth. croc. ♂ aper. ♀rat. pulv. cacheet.  
 uercet. stomach. Ej. ♂ ♂l. cacheet. ♂. ♂ aper. Pœ-  
 ot. ♂ dulc. Θ dulc. cochlear. Θ★c. anis. vel dulc. eff. ab-  
 ht. s. l. comp. fumar. s. l. comp. elix. stomach. TR. laudat.  
 r. ♂. Zvvælf. pomat. cydon. hellebor. ♂ vol. e. g. Rec.  
 ♂ cacheet. pulv. absorb. Wedel. Θ absint. arcan. dupl. ana  
 . ♂ dest. l. sassafr. cort. aurant. ana gt. ij. M. F. l. a. pulv. n. 4.  
 esperi sumendus. In subiectis robustis sola limatura ♂ is  
 iri potest: Rec. limat. ♂ is 3ij. Cinam. pulverisat 3ij. sacchar.  
 d p. o. M. F. pulv. bis in die ad 3j. sumendus. vel Rec.  
 nat. ♂ 3ij. Cinam. acutiss. pulverisat 3ij. Cost. veri 3j. M.  
 fund. vin. Rhen. opt. mens. iij. stent per octo & 10.

dies, abhinc singulis diebus bis 3ij. bibantur, vel reliqua remedia cum hoc Vero assumi possunt. vel Rec. TR. ɔis hellebor. s. pomat. 3iij. l. v. D. binis vel trinhoris 40. gt. vel. Rec. Liq. ∇ foli. Fr. 3B. D. in Vitr. c quibus inter laudata semel vel bis in die sumantur 60 gt. Interea nisi contraindicentur, singulis septimani ad minimum semel blanda laxantia sunt interpoland ex pilul. usitat. Stahl. Scherz. Glaffian. Francof. ♀ Querc vel infus. Laxant. Rec. hb. fumar. C. B. absinth. Pon. ana Mj. rad. s. aperient. ana 3iB. hellebor. nigr. 3v. passum min. 3ij. fol. senn. s. s. 3j. rhabarb. elest. 3B. agar. trochis. 3j. Cort. aurant. Citr. ana 3ij. cost. ver. 3j. ∇ Fr. 3ij. M conc. cont. g. m. affunde V mens. j. stent per & & filter & exprim. capiatur tertia p. vel dim. & altero die repetatur, si opus sit. Potus medicatus quoque sit: Si vino, si admitti potest, indendae sunt hb. rec. C. E abs. Pont. scord. heder. terrest. pimpin. flor. Cent min. &c. Cerevisia sequentibus medicata reddi potest Rec. rad. armor. galang. enul. fænic. ana 3j. hb. menth. sali absinth. rosmar. Card. B. lingu. cervin. ana Mj. cent. min p. viij. bacc. junip. libij. Cinam. Caryoph. ana 3B. M. c. c. g m. D. in ch. S. Pischel zu einem halben Eymer Kräuter-Bier. Quibus adhibitis, & pro rei & circumstan tiarum exigentia variegatis, aliiisque necessariis interpolatis, diuretica magis cumulari possunt: Rec. TR Fr. comp. 3vj. 80 dest. succ. therebinth. ana gt. iij. Cinam gt. ij. M. D. in vitr. 40. 50. & 60. gt. bis in die. Vel Rec. ∇ carm. de tribus 3B. ∇ Θ★c. dulc. s. ∇ dulc. 3ij. M. D 30. s. 40. gt. Rec. TR. nephrit. Amelung. s. Rhod. 1 Wedel. 3B. D. gt. ;o. s. 40. s̄pius, pro euphoriae tamen

sem

nper heic respiciendæ, cancellis. Rec. *Malvat. junipe-*  
*. 3j. D. gt. 60. & 80.* In robustioribus: Rec.  $\omega$  *ther-*  
*eb. 3ij. D. 20. 25. 30. gt.* successive ascendendo, vel Rec.  
*ij.  $\frac{1}{2}$ r. thereb. vel junip. 3ij. D. gt. X.XV.XX.* In omni-  
 s autem respiciendum, ut tonus & robur ventriculi  
 nservetur & angeatur per aromaticæ, stomachica, ro-  
 rantia, speciatim trageas aromaticas in mensa adhi-  
 ndas, & sic cum DEO & die bene cedet opus. Sudor  
 quoque in quibusdam subjectis est suadendus, impri-  
 is per balneum Lacon. sed in ascite exulet.

## §. XVI.

Remedia externa quoque in tumoribus cœdemato-  
 manuum & pedum adhibenda mature:  $\omega$  *theriac.*  
*at. Vvæat. additis  $\omega$  lumbr. volat. formic. C. C.  $\Theta\star c.$*   
*C.* Frictiones frequenter per pannos calidos, vel per  
 cutiam deorsum versus optime conducunt. Plan-  
 pedum, abdomini asciticorum & scroto tumefacto  
 chelidon. major. aut geranii Rhobertian. contusa,  
 l. & fol. rec. bardan. petros. rec. flor. samb. ebul.  
 am. fol. laur. rad. & succus cucum. asinin. bryon.  
 r. fæculi ex furfur. decoct. stercor. caprill. columb.  
 bubul. cataplasmata ex rad. hb. flor. laudatis in  $\nabla$   
 v. par. c.  $V$  irrorata, inunctiones per olea aromati-  
 aut unguenta de arthanita, Agrip. inserviunt, in  
 ite vero, vel hydrope pectoris, aut scroti, si omnia  
 illa juvent, paracenthesis tentanda.

## §. XVII.

Quoad diætam ea talis sit, quæ malo aduersetur,  
 nsuetudo tamen & reliquæ circumstantiæ subjecti  
 cuius sunt respiciendæ. Aër sit temperatus, cibi  
 eupe-

eupepti, aromatisati, quantum satis, non crudi, potius moderatus & per intervalla medicatus, non verpenitus denegandus, alias enim serum subsistens magis stagnaret, unda enim undam pellit & acrimoniam non resolvi poterit, motus corporis q. f. p. augenduambulatione, saltatione, equitatione, aut si hæc vnon, vel difficulter admodum institui possit, artificiis mediis, in motu enim consistit vita & sanitas, somnus nimius præcaveatur, & vigiliæ quoquenimia, excretiones serventur & si deficere velint, debite promoteantur, animi tandem patheemata modarentur.

## §. XVIII.

Et ita hoc modo mutatis mutandis, observat phœnomenis & indicationibus in ipsa cura se trudenteribus, per methodum curandi universalem & particularem, vel hunc casum præfixum, vel similes alios B.C.D. me curaturum esse confido, & concludo: De pro immenta, quam mihi per totum vitæ meæ genus exhibuit, paterna gratia, gratias humillime & devotissime esse peragendas, id quod facio, & faciam, dum spiritus meos reget artus, & in secula seculorum.

F I N. I S.

